



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Libellvs De Angelo Cvstode R. P. Francisci Albertini Soc.  
Iesv Theologi**

**Albertini, Francesco**

**Coloniae Agrippinae, M.D.C.XIV**

Angeli licet cælum deserant, vident nihilominus Deum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46785](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46785)

tuâ, sed perpetuo vigilat, vt ad minimam quamq; necessitatem tibi opituletur. Atq; hoc designat mystica il-  
 scala Patriarchæ Iacob, per quam Angeli, Deo orationes nostras obla-  
 turi, ascendebant; & ijdem descen-  
 debant, ad defensionem nostram, at-  
 que vt lictis inde allatis nuntijs ac  
 cælesti rore sitibûdas animas oportu-  
 nè reficeret. Tali sensu exponit S.  
 Hier. textû Proverb *Aqua frigida a-*  
*uima sitienti bonus nutritus.* Quotidie,  
 inquit ille, *Angeli de terra Lōgiqua*  
*hoc est superna patria descendentes in*  
*mundū, in istos vel inter tentationes spe-*  
*cælestiū roborant, vel finitis tentatio-*  
*nū certaminibus ad palmam perpetua*  
*retributionis inducunt.* Quocirca ob-  
 seruandū Angelos quantumuis in  
 inferioribus hisce nobiscum agant,  
 vt accuratius Clientes suos custo-  
 dian, & nostri causâ relinquunt  
 Cælum, non discedere tamen à bea-  
 tificâ cōtemplatione vultus Dei, qui  
 vbiq; praesens est: *Mittuntur & assi-*  
*stunt, quia per hoc quod circumscripti*  
*sunt, exeunt, & per hoc quod intus e. 3 Job.*

*Prou 25.  
 Hier. ibi.*

*Angeli  
 tæcisi cæ-  
 lum dese-  
 rant, vi-  
 dent ni-  
 bilominus*

*Deum*



quoque presentes sunt, nunquam recedunt: & facie ergo Patris semper videt & tamen ad nos venit, quia & ad nos spirituali presentia semper exeat, & tamen ibi se unde recesserat, per internam contemplationem servat. Hinc occasione sumit D. Bern. explicando qua-

*Ber. sup.  
Psal. Qui  
habitat.*

les sint hęc vię Angeli nunc ascendētis nunc descendētis, Exclamandi:

*Audes illo presente facere, quod vidēte me non auderes?* quasi diceret: descendit de cœlo Angelus, ut compatiatur tibi & opę ferat: & tu nō metuis in presentia ipsius illud agere, quod agredi timuisses in conspectu vilissimi hominis? Aduerte o homo,

*Er. sup. 1.  
Cap. 106.*

inquit S. Greg. Angelum descendere aliquando deorsum non prę compassione, sed ut de impudentia tuā vindictam sumat, atque ita interpretatur locum Genesis, *Venite, descendamus, & confundamus ibi linguam eorum, &c.* Ascendunt Angeli, inquit ille, in eo quod Creatorem conspiciunt; descendunt Angeli in eo, quod Creaturā se se in illicitis erigentem examine distractionis premunt.

CAP.